

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Infernus n
cum fontibus proximo et primis

In inferno erit frigus intollerabile, ignis inextinguibilis,
uermis immortalis, fetor intollerabilis, tenebre palpabiles,
flagella cedencium, horrida uisio demonum,
confusio peccatorum, desperacio omnium bonorum.

“Erit in inferno frigus insuperabile, ignis inextinguibilis,
uermis immortalis, fetor intollerabilis, tenebre palpabiles,
flagella cedentium, horrida uisio demonum,
confusio peccatorum, desperatio omnium bonorum.”

Stephanus de Borbone, *Tractatus de diuersis materiis
praedicabilibus*, 1.4.3 (CCCM 124, J. Berlioz &
J.-L. Eichenlaub, p.90, ll.664-667).

Gregorius:

Locus letifer, in quo ignis ardens, ubi frigus rigens,
vermis immortalis, foetor intolerabilis,
mallei percutientes, tenebrae palpabiles,
confusio peccatorum, innodatio vinculorum,
horribiles daemonum facies!

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones de diuersis*, 42.6
(SBO 6.1, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds.,
p.259, ll.24-26).

Erit enim miseris mors sine morte,
defectus sine defectu,
quia mors ibi semper incipit,
et deficere nescit.

Gregorius in Moralibus, ibi supra *Vbi nullus ordo*:

“Fit igitur ibi miseris mors sine morte,
finis sine fine, defectus sine defectione,
quia mors ibi uiuit, finis semper incipit,
defectus deficere nescit.”

Fit ergo miseris mors sine morte,
finis sine fine, defectus sine defectu,
quia et mors uiuit et finis semper incipit,
et deficere defectus nescit.

Gregorius ibidem (super illud Matthei VIII.:
Eicientur et cetera).

Stephanus de Borbone, *Tractatus de diuersis materiis
praedicabilibus*, 1.4.2 (CCCM 124, J. Berlioz &
J.-L. Eichenlaub, p.73, ll.220-223).

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 9.66 (CCSL 143,
M. Adriaen ed., p.528, ll.24-26).